

ARNOLDI VINNII, J. C.  
IN LIBRUM PRIMUM  
INSTITUTIONUM  
IMPERIALIUM  
COMMENTARIUS  
*Academicus & Forensis.*  
CUM NOTIS AD TEXTUM.

PRO O E M I V M.

D E

Confirmatione Institutionum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI.

IMPERATOR, CAESAR FLAVIUS JUSTINIANUS, ALEMATICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTIQVUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AVGVSTVS, CVPIDAE LEGVM IOVENTVTI S.

**I**MPERATOR.] Hoc nomine etſi appellantur omnes exercitus ductores *οι εφετηγοροι η̄ τ̄ πολεμιοι η̄ γεμοροι*, proprie tamen id tribui ſolebat iis, qui re bene geſta hoc honoris titulo acclamatione militum vel decreto Senatus decorati eſſent. Poſt occupatam Rempublicam perpetuum

Principis praenomen eſſe cepit ex SC. Hotomannus ex Cic. Tacit. Sueton. Dion. Appian.

CAESAR.] Cognomen familiae in gente Julia, quod poſt C. Julium factum eſt hereditarium Imperatoriſi. Procedente tempore eodem nomine appellati & qui vivo Imperatore designati auguſtae majeſtatis haeredes l. 7. C. de malef. & mathem. Spartian. in *Elio Vero*. ubi & hunc ipſum primum Caesarem ea ratione appellatum reſtat. Hodie *Reges Romanorum* vocantur.

FLAVIUS.] A Veſpaſiano Imperatore hoc nomen manavit, quem eſt Flavia gente nova & ignobili fluxiſſe Suetonius auctor eſt.

JUSTINIANUS.] Nomen hoc Imperatoris noſtri proprium fuit; idq; etiam habuit ante adoptionem: ex quo apparet, non eſſe productum a nomine Juſtini avunculi & patris adoptivi, ut quidam putant.

ALEMATICUS, GOTTHICUS, &c.] Agnomina a devictis, aut bello laceſſitis gentibus ducta. Seneca 1. de *Clement.* ſcribit, aſſentantem populum ambitioſae

A

maje-